



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

189 Verba, illorum tenores, quid operentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

remouent iudicibus omnem disputationem, & facultatem dicta verba Papæ, aliter quam sonent interpretandi, vel declarandi. *Parif. cons. 38. n. 4. cons. 41. n. 22. lib. 4. & Cassad. super reg. decis. 12. n. 5.* Pariterque irritum, & inane decernitur quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

187 † Quod decretum omnia in contrarium gesta, ipso jure annullat, ut *cap. si eo tempore, de elect. in 6. c. quodam, ubi etiam gloss. de preben. eod. lib.* Cassad. de decret. in referu. decis. 3. n. 1. & Gomel. de trin: poss. quest. 49. n. 3.

188 Quæ omnia prædicta † suum sortiri debent effectum, non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quorumcunque Ordinum, religionum, & Institutorum, seu archiconfraternitatum, congregationum, & confraternitatum secularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam maximo, & Bulla aurea nuncupatis, regularibus, Ordinibus, religionibus, Institutis, seu archiconfraternitatibus, congregationibus, & confraternitatibus secularium, eorumque Superioribus, & aliis quibuscumque personis, & quocumque status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentie existentibus, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & consistorialiter, & aliis quomolibet in contrarium præ-

missorum etiam pluries concessis, & approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam ipsa illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret; illorum tenores, ac si ad verbum exprimerentur, & infererentur, pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habens, illis aliis in suo robore permanentibus ea vice duntaxat, specialiter, & expresse derogavit, ceterisque contrariis quibuscumque, ut in eisdem litteris, §. non obstant, & dicta verba.

189 Illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis habentes in derogatione apposita operantur, ut totus tenor constitutionum, decretorum, privilegiorum, ac contrariorum omnium derogatorum habeantur pro expresso, ac si specificè in eisdem Clement. VIII. constitutione totus tenor fuisset insertus. Felyn. in c. nonnulli. n. 6. de rescript. Butr. communiter receptus, in cons. 2. colum. 2. ver. huius tamen non obstant. Cassad. decis. 10. num. 1. super reg. Cancell. & Gabr. commun. conclus. de claus. conclus. §. numer. 1. & 14. lib. 6.

190 Primum enim † derogatur constitutionibus, & decretis in contrarium facientibus. Quia per constitutionem Innocentii III. malitia hujus temporis, & cap. in Bull. Rom. cap. 11. §. ultra quos, pag. 13. & Clement. VII. il. litteris; cum, sicut in forma Brevis expeditis, in eodem Bull. cap. 33. §. & cum clericis, pag. 337. de quibus supra, fuerat concessa facultas, cum